

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum**

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.  
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus  
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot  
Eruditorum desideriis adhuc expetitum

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,  
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,  
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann  
Chemnitz, Martin  
Leyser, Polycarp**

**Hamburgi, MDCCIIII**

**VD18 90617819**

Caput CXCVIII. Christus In Crucem Suffixus Medius Inter Duos Latrones  
Pendet.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17617**

nici falsa hypothesi ostendimus superius. Ideo autem Christus hunc potum sibi oblatum hibere noluit, quia erat fellens & intoxicatus vitam celerimè abrumpens, jam verò Christus in cruce sponte mori voluit ad implenda vaticinia ac typos Veteris Testamenti, nequaquam verò potionē quādam lethiferā sibi ipsi mortem consicere, ut verum maneat illud Joh. 10. 18. *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam à me ipso.* Quod si grana quādam thūris ad mentis soporationem & alienationem contrahendam huic potui fuerunt adnixta, qualem potum malefici supplicio afficiendis datum fuisse Rabini scribunt, facile intelligitur, Christum ideo hunc potum recusasse, quia tanā & integrā mente mortem adire voluit. Judæi fellis amarit̄ lingua Christi, cui haec tenus pepercent, torquere voluerunt: sed Christus linguam suam, quā pro inimicis suis oraturus, Testamentum conditurus & Patri cœlesti animam suam commendaturus erat, mortificare noluit. Hieronymus dicit hac gultatione & recusatione potus sibi oblati Christum significasse, quod mortis amaritudinem propter nos gustatus sit, sed tamen paulo post resurrecturus, quod etiam respicit Sedulius sic canens;

*Tetigit labiis & ab ore removit.*

*Quippe necem parvo degustatus amarām*

*Tempore quā reduci contemnere carne pararet.*

Et quia in oblatione hujus fellei & myrrati potus Judæorum crudelitas manifestatur, ideo recusatio illius commode cō referri potest, quod d'Christus hunc populum repudiare velit, cū uva eorum sit uva fella, & vinum eorum fel Dracorum & venenum affi-

lum Deuteronom. 32. v. 32. ideo post vaticinium defelle & aceto in cibum ac pōtum Christo exhibitis statim sequitur Psalm. 69. vers. 23. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in retribuciones & in scandalum &c.* Augustinus potus illius recusationēm allegorice sic exponit, quod hæretici & male viventes Christiani non recipiantur in unitatem corporis Christi mystici. *Quando Dominus gustavit fel & voluit bibere, hoc Sacramento significavit, quod hæreticos & male viventes non admittat ad corpus suum.* Si non eos patremur nec omnino gustaremus. *Quia verò necessitate est eos pati, necesse est gustari.* Sed quia in membris Christi tales esse non possunt, gustari possunt, recipi in corpus non possunt &c. Quod si etiam nobis in cruce loco vini acetum, loco mellis fel amarissimum exhibetur & afflictis afflictio addatur, exemplo Christi patienter id perferamus, scientes non olim vi no latitiae in vita æterna inebriantos esse. Ps. 36. v. 9. Esa. 65. v. 13. Luc. 22. v. 30. &c. Ac veluti Christus postquam cum discipulis biberat dulce vīnum in cœna agni Paschalis, noluit acetum Judæorum bibere, sed assertat, se non bibiturum de fructu vītis, donec illud biberet novum in regno Dei Luc. 22. v. 18. sic post perceptam Evangelicā doctrinę (vīno novo comparatae Matth. 9. v. 17.) dulcedinem, non amplius bibamus acetum Judaicæ vetustatis, gustato Christo, non amplius bibamus vīnum mundi, est enim myrratum & intoxicatum, apud inferos egerendum, sed desideremus novum vīnum in regno Dei cum Christo bibere &c.

*Jesu, dulcedo, vīppa potaris amarā,*  
*Tristia fella bibis, sic mibi mella paras.*

## CAPUT CXCVIII.

## CHRISTUS IN CRUCEM SUFFIXUS MEDIUS INTER DUOS LATRONES PENDET.

Matth. 27 v. 35. Marc. 15. v. 25. Luc. 23. v. 33. Johan. 19. v. 17.

## RATIO ORDINIS.

**D**ostquam protervi militēs Christo myrratum vīnum loco rēficiētis potus exhibuissent, mox ad crucifixionēm sc̄e accingunt. Supplicium illud crucifixionis brevibus verbis Evangelista describunt, erat enim tunc temporis omnibus notum. Præcessit autem eam vestium exiitio, omnium membrorum atque artuum distractio, qualis in tortura hodie fieri solet, quam deinde secuta est manūum ac pēdum clavis ferreis facta affictio ac ligni crucis erectio. Crucifixionē latronum una cum Christo suspensorum Mattheus & Marcus præmittunt divisionem vesti-

mentorum, & Ἐπιγένεση crucis Christi. Sed Lucas cū dixisset, alias duos facinorosos unā cum Christo fuisse ad locum supplicii eductos, statim subiungit, eos fuisse simul crucifixos ac tum demum subiungit vestium Christi devisionem & tituli inscriptionem. Hunc ergo ordinem Lucas sequemur, quia in principio Evangelicā Historiæ pollicetur, se velle omnia καθετὸς ordine scribere ē. i. v. 3. ac verisimile est, militēs carnifices à Judæis impulsos ad executionē supplicii festinasse propter festi Paschalis propinquitatē ac tum demum absolutā supplicii executionē de vestibus fuisse sortitos.

Harm. Tom. III, vel Gerhard. Cont. pars quarta.

U 3 CHRI-

## CHRISTI IN MEDIO DUORUM LATRONUM CRUCIFIXIO.

MATTH. 27.

35. Καὶ ἐσάνθωσεν αὐτὸν.  
 38. Τόπες σαυρώντας σὺν αὐτῷ δύο λῃσταῖς ἦσαν ἐκ δεξιῶν καὶ  
     ἦσαν εἰς ἐναντίους.
35. Et crucifixerunt eum.  
 38. Tunc crucifiguntur cum eo duos latrones, unus à dextris  
     & alter à sinistris.

MARC. 15.

25. Ἡν δὲ ὥρα τέττη καὶ ἐσῆλμασιν αὐτὸν.  
 27. Καὶ τὸν αὐτὸν σαυρώντα δύο λῃσταῖς, ἐναὶ ἐκ δεξιῶν καὶ ἕτεροι  
     ἐξ ἐναντίους αὐτῷ.  
 28. Καὶ ἐπαγγέλθη ἡ γένεσις, καὶ μὲν αὐτοματὰ  
     ἐλογίσθη.
25. Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum.  
 27. Et cum eo crucifiguntur duos latrones, unum à dextris,  
     alterum à sinistris ejus.  
 28. Et impleta est Scriptura, quae dicit: Et cum iniquis de-  
     putatus est.

LUC. 23.

33. Καὶ στέπε αὐτὴν θόρη τὸν τόπον τὸν καλβάριον Καλ-  
     βαρία, εἰκεὶ ἐσάνθωσιν αὐτὸν καὶ τὰς κακάς τοις  
     ἐκ δεξιῶν ὃν δὲ ἐξ αὐτοῦ πέφτει.
33. Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Cal-  
     varia, ibi crucifixerunt eum & facinorosos, unus  
     quidem à dextris, alterum verò à sinistris.

JOHANN. 19.

17. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησος εἰς τὸν λεγόμενον Κρανίον τόπον,  
     ὅς λεγεται εβραϊκός Γολγοθᾶ.  
 18. Οπός ἐσάνθωσιν αὐτὸν καὶ μετ' αὐτῷ ἀλλαξ δύο σύντε-  
     θεν καὶ σύντεθεν, μέσον ὃ τὸν Ἰησον.
17. Et exivit (Jesus) in eum, qui dicitur, Calvarie locum,  
     Hebraicè autem Golgotha.  
 18. Ibi crucifixerunt eum & cum eo alios duos hinc & hinc,  
     medium autem Iesum.

DE COAGMENTATIONE CIRCUMSTANTIARUM  
HUIUS HISTORIÆ.

Johannes in singulari de Christo dicit: ἐξῆλθεν  
 Iesus in eum, qui dicitur, calvarie locum. Lucas in  
 plurali de crucifixoribus dicit: οἱ αὐτὴν θόρη postquam  
 venerunt in locum qui vocatur Calvaria. Sed haec Lu-  
 cas verba in divulso nexo cohærent cum sequen-  
 tibus, ibi crucifixerunt eum. Ergo Johannis verba  
 His in Harmonia præmittemus, ubi tamen no-

tandum, quod propter seriem Historiæ ἐξῆλθε in  
 forma plusquamperfecti accipiendum sit. Exe-  
 rat Iesu in locum Calvariae, quia cum Christus vino  
 myrrato potaretur, quod in praecedenti capite  
 expositum fuit, jamdum ad montem calvariae per-  
 venerat, ut superius monuimus.

## HARMONIA HUIUS HISTORIÆ.

Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησος εἰς τὸν λεγόμενον κρανίον τόπον, ὃς  
 λεγεται εβραϊκός Γολγοθᾶ. Καὶ στέπε αὐτὴν θόρη ἐπὶ τὸν τόπον  
 τὸν καλβάριον κρανίον εἶναι (τοῦ) ἐσάνθωσιν αὐτὸν καὶ με-  
 τ' αὐτῷ ἀλλαξ δύο τὰς κακάς τοις σύντεθεν, ὃν δὲ  
 μὲν εἰς δεξιῶν ὃν δὲ ἐξ αὐτοῦ πέφτει, μέσον δὲ τὸν Ἰησον ὃν δὲ  
 πρητική καὶ ἐσάνθωσιν αὐτὸν. Καὶ τότε στρωθεὶς σὺν αὐτῷ δύο  
 σύντεθεν δύο λῃσταῖς ἦσαν ἐκ δεξιῶν εἰς ἐναντίους αὐτῷ (σαυρώντες  
 σύντεθεν δύο λῃσταῖς ἦσαν ἐκ δεξιῶν εἰς εἰς ἐναντίους αὐτῷ αὐτοματὰ  
 ἐλογίσθη γένεσις, καὶ μὲν αὐτοματὰ ἐλογίσθη).

Et exivit (Jesus) in eum, qui dicitur, calvarie locum, He-  
 braicè autem Golgotha. Et postquam venerunt in locum, qui  
 vocatur calvaria, ibi crucifixerunt eum & cum eo alios du-  
 os facinorosos hinc & hinc, unus quidem à dextris, alterum  
 verò à sinistris medium autem Iesum. Erat autem hora  
 tertia & crucifixerunt eum. Et tunc crucifiguntur cum eo  
 duos latrones, unum à dextris, alterum verò à sinistris ejus  
 (crucifiguntur cum eo duos latrones, unus à dextris, alter à  
 sinistris) Et impleta est Scriptura, quae dicit. Et cum ini-  
 quis deputatus est.

## Exegesis huius Historiæ.

Justinus in Dial. cum Tryphone p. 232. commen-  
 morat, Ps. 96, 10. in Graeca LXX. Interp. versione  
 olim lectum fuisse εἰσαίλεντεν δόπον ἔχοντα ὁ θεός Re-  
 gnavit à ligno Deus, sed προσδιορισμὸν illum δόπον ἔχοντα  
 à Judæis crucis Christi inimicis esse sublatum.  
 Quamvis verò particulam hanc, à ligno, non statu-  
 amus genuinam Scripturæ Canonicae illius loci  
 partem, cùm nec in textu Hebreo, nec paraphrasi

Chaldaica, nec in hodierno textu Greco, nec in  
 versione Hieronymi, nec in vulgata translatione  
 habeatur, sed in margine prius additam in textum  
 postea transcriptam esse judicemus, optimè ta-  
 men ea congruit cum fidei analogia, quæ testatur,  
 Christum ideo in cruce mortuum, ut regnum gratiæ  
 inchoare & ex hominibus Ecclesiam sibi colligere  
 posset. Quod si enim ex hominibus per peccatum  
 in regnum

in regnum ac potestatem diaboli translati Ecclesiam sibi colligere debuit, quam in hac vita regnum gratiae, in futura vita regnum gloriae constitueret, utique necessarium erat, ut passione & morte sua pro peccatis totius humani generis satisfaciendo ex regno & potestate Satanae homines prius liberaret. Eadem fidei analogia testatur, Christum à ligno etiam regnum potentiae inchoasse, cùm per passionem intraverit in suam gloriam & post crucifixionem ex mortuis resuscitatus & ad dextram Dei exaltatus omnia in cœlo ac terra secundum humanam naturam pleno dominio gubernare cœperit, unde multi ex veteribus παραδοξοὶ illum, regnavit à ligno Deus, retinent. Tertull. lib. adv. Judæos c. 10. & libr. 3. adv. Marcion. c. 19. Aug. in enarrat. Ps. 9 s. Ambrosius in 1. Cor. 15. Arnobius & Cassidorus in illum Psalmum, Author libri de montibus Sina & Sion adv. Judæos c. 5. qui habetur in operibus Cypriani &c. Quin & Schindlerus in Lexico in rad. ἡν̄ notat in Psalterio Hebraico Anglicano additum legi ψυχοῦ quod ipsum etiam de Psalterio Romano August. Justinianus Nebrisensis Episcopus in Psalterio 5. lingg. recenset. De hac Christi Regis omnium nostrum crucifixione agitur in præsente pericope, in qua consideranda veniunt.

1. Genus supplicii. Et exiit (vel potius exiverat) Jesus in eum, qui dicitur, Calvarie locum, Hebraicè autem Golgotha. Et postquam venerunt in illum locum, ibi crucifixerunt cum. De supplicii loco in præcedente pericope latè fuit actum, hū ergo ad expendendum supplicii genus descendimus. Evangelistæ verbis brevissimis illud describunt, dicentes, Christum in Golgotha sive Ioco Calvaria suisse crucifixum, tum quia isto tempore fuit vulgare & quotidianum; tum ad significandam illius atrocitatem, quam verbis nemo assequi possit. Cicero orat. 5. in Verrem vocat crudelissimum ac teterimum supplicium. Paul. lib. 5. sent. tit. 21. appellat summum supplicium, quod irrogari solebat autoribus seditionis ac tumultus, ut constat ex leg. 38. §. 2. ff. de poenis & leg. 1. Cod. de seditionis, non tamen omnibus, sed servis & mancipiis, unde verba legis sic distinguunt. Autores seditionis aut tumultus pro qualitatibus dignitate aut in crucem tolluntur aut bestiis objiciuntur. Ulpianus ad leg. Cornel. falsi supremum vocat supplicium. Nonnus in c. 19. Johann. εἰς τὸν ζωτικὸν αὐτῷ τὸν αδικητόν quoddam fatum. Lactant. lib. 4. Instit. c. 26. infame supplicium vocat. Joach. Stephan. lib. 1. de jurisd. c. 7. num. 108. Liberi homines aut cives Romani hac penâ funesta affici non poterant nisi prius servi penserent, hoc est, libertas verberibus servilibus, nempe flagellis eis adimebatur. Cicero Act. extr. in Verrem. Facinus est vincere civem Romanum, celus verberare; prope parricidium necare; quid dicam, in cruce tollere? Verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Fuit igitur supplicium servile, proinde & ignominiosissimum, sed insuper etiam fuit atrocissimum & crudelissimum, quia manus ac pedes clavis ferreis ligno crucis affigebantur, jam vero in manibus ac pedibus nervi quamplurimi convenient, atq; eo quidem modo, ut non nisi magna vi & intensissimo dolore sejungi possint. Carolus Sigonius, Baronius & Lipsius statuunt, supplicium crucis etiam veteribus Judæis in usu

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Contin. pars quarta.

fuisse, sed loca, quæ ex Scripturis & Rabinis profertur, de analogo quodam supplicio videlicet. suspensione in ligno live furca, nequaquam vero de crucis supplicio, quale Romanis usitatum fuit, & quale Christus pro genere humano sustinuit, agunt, ut latè probant Casaubonus exerc. 16. contr. Baron. cap. 77. & Petrus Faber lib. 2. semestr. c. 8. fol. 88. & seqq. quia inter genera poenarum fontibus irrogatarum nusquam à Rabinis commemoratur crucifixio, ut etiam superius admonuimus ex Maimonide. Sanè in vet. Testamento sapientissime occurrit vox lignamin descriptione suppliciorum, sed nulla necessitas cogit de crucis supplicio, prout Romanis usitatum erat, illud exponere, cùm illi etiam mori dicantur ψυχὴ super ligno, qui in furca occiduntur, qui laqueo strangulantur in sublimi elati, qui acutæ fude transfiguntur, qui rotæ impununtur &c. & ἀναστρέψεις καὶ μεταπλασίαι dicuntur etiam illi, qui vel decollati vel alio supplicio affecti post mortem huic ignominiae subjiciuntur, ut corpora vel capita eorum palo affigantur vel in propatulo collocata. Soli exponantur, quod LXX. vocant peculiari verbo ἔγνωσαν 2. Sam. 2. 1. v. 6. Romanus igitur duntaxat usitatum fuit crucis supplicium, unde Christus aliquoties admonet se gentibus tradendum & ab illis supplicio afficiendum Mat. 20. v. 19. Marc. 10. v. 33. Luc. 18. v. 11. tandem vero Constantinus, Imperator religiosissimus, supplicium illud lege sustulit, referente Sozomeno lib. 1. Histor. Ecclesi. c. 8. & Tripartit. lib. 1. cap. 9. ne salutare signum subserviret ad perniciem & colendum illud atque eximum penitentia damnatorum. Quamvis vero crux Romana veteribus Hebreis non fuerit in uso, tamen D. Apostolus Gal. 3. vers. 13. ad eam recte accommodat verba legis divinae Deut. 21. v. 23. Maledictas à Deo est, qui pendet in ligno. Ut enim genus complectitur suas species, ita quod in genere de suspensione in ligno dicitur, id in specie ad crucifixionem recte accommodari potest. Proprie autem loquitur Moses non de supplicio, quod irrogabatur vivo, sed de poena, quæ ignominia causa irrogabatur extinto, ut scil. ad aliquot horas suspensus Soli & oculis hominum exponeatur. Huc etiam pertinet dictum Rabinorum super c. 21. Deut. Suspensio hominis in cruce est vilificatione Dei, cuius hanc exponunt rationem, quod Deus nobilissimam hanc creaturam non ad cruentam & ignominiosam distinctionem, sed ad sui imaginem condiderit, ideoque corpus ita crudeliter suffixum eodem die à cruce auferendum fuisset &c. Sed Rabini hoc dictum procul dubio acceperunt a Patriarchis per quandam cabalam, quo significatur, ipsum Dei Filium in cruce suspendendum ac vilificandum, quia crucifixio & mors est extremus gradus exinanitionis Christi. Cæterum processus crucifixionis erat hujusmodi. 1. Crucifigendo detrahebant uestes, ut nudus in crucem ageatur, id quod Christo etiam contigisse colligitur ex eo, quod milites vestimenta ipsius postea dividunt ac de tunica sortiuntur. Recte tamen monet Abulensis parad. 5. cap. 34. hoc non intelligendum esse de omnimoda nuditate, sed sicut aliis crucifigendis, ita quoque Christo publicæ honestatis causâ relata sunt fœminalia linea, quæ superiore parte sub umbilico fortiter astricta usque

ad genua & poplites veniebant, qualia Iudei in usu fuisse commemorat Hieron. in Epist. ad Fabiolam. Talis igitur nuditas intelligenda, qualis tribuitur Petro Joh. 21,7. in qua detractis vestibus utilitatis superior corporis pars ad umbilicum usq; planè nuda, inferior vero linteo duntaxat cincta est. Magna vero hæc fuit ignominia & confusio, virum honoratum, Doctorem eximum & Prophetam sanctum coram omnibus denudari, Ps. 69, v. 8. Operuit confusio faciem meam, sed non minor erat poena & cruciatus ex hac nuditate ortus, quia vestes vibicibus & vulneribus corporis firmiter impactæ non sine exquisitissimo doloris sensu aveli ac detrahi potuerunt. Hanc nuditatem Christus propter nos sustinuit, ut ignominiosâ sua nuditate ab Adamo & posteris ejus auferret ignominiam nuditatis, in quam per peccatum inciderant, atq; ut vestem iustitiae peccata nostra coram Deo tegentem nobis impetraret. Primi Parentes nostri ad imaginem Dei in perfecta iustitia & sanctitate conditi ornati erant stola integratæ & immortalitatis, sed infernalis latro eosdem spoliavit & nudavit hac ueste, Luc. 10, v. 30. inde omnes eorum posteri sunt coram Dei oculis nudi & discolorati Ezech. 16, v. 7. Apoc. 3, v. 17. Christus igitur se esse ignominiosè nudari passus est, ut vestem iustitiae & indumentum salutis nobis iterum pararet Esa. 61, v. 5. unde suavissime nos hortatur Apoc. 3, v. 18. Suade tibi, ut emas ame uestimenta alba, ut non appareat nuditas confusiois tue. Ambros. lib. 10. in Lucam. Christus nudus crucem ascendit. Qualis primus homo in Paradiso habitavit, talis secundus homo Paradisum intravit. Virtus est Adam, qui uestimenta quæsivit, vicit ille, qui regumenta depositit. Bernh. serm. 1. in annunc. B. Mar. Non poterat homo uestiri, vel ablata sibi recipere uestimenta (iustitiae scil. originalis) nisi Christus amitteret sua, sicut enim vivificari in anima, nisi interveniente morte corporali Christi non potuit, ita nec uestiri sine ejus despoliatione. Illi detrahuntur uestes, qui gramine & floribus terram quotannis vestit, imò qui cœlum stellis in prima creatione decoravit, illius ergo nuditas est summus noster coram Deo ornatus. Erubuit nudus, ut peccata nostra pudenda ac detestanda tegeret, nosque in eum statum perduceret, è quo per peccatum excidimus, ut scilicet nudi non erubescamus Gen. 2, v. ult. Athanas. orat in passionem & crucem Dom. Eas, quas nos in Adam indueramus, pelliceas tunicas exuit, ut nos pro iis Christum vicissim indueremus. Et postea: Decebat cum hominem introduceret in Paradisum exure tunicas, quas Adam accepit, cum è Paradiso ejiceretur & pro istis non uestire vitâ & immortalitatē. Ut Noë vino, sic Christus amore nostroebrius nudus decubuit in strato crucis Gen. 9, vers. 21. August. lib. 16. de civit. Dei cap. 2. Christus plantavit Ecclesiam, de qua dicit Prophetæ: Vineæ Domini Dei dominus Israel est, & bibit de vino ejus, sive ille calix hic intelligatur, de quo dicit: Poteris bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Et Pater, si fieri poteris, transfert à me calix iste, quo suam sine dubio significat passionem: sive quia vinum fructus est vineæ, hoc potius illo significatum est, quod ex ipsa vinea, hoc est, ex genere Israëtarum carnem pro nobis & sanguinem, ut pati posset, assumere & inebriatus est; id est, passus & nudatus, ibi namque nudatus est, id est, apparuit ejus infirmitas, de

qua dicit Apostolus, vesi crucifixus est ex infirmitate &c. Potest etiam huic referri vaticinium Propheticum Esa. 52, vers. 10. Nudavit Dominus brachium suum sanctum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terre salutem Dei nostri. Quod si & nobis detrahuntur uestes, hoc est, bona externa, è quibus vietum & amictum petere cogimur, exemplo Christi hanc rapinam bonorum patienter feramus Hebr. 10, vers. 34. atque ut Christus nudus in cruce penderet, sic denudemus animam nostram desiderio terrenorum crucifigentes carnem nostram cum concupiscentiis suis Galat. 5, v. 24. Ut autem in prætorio cum chlamys coccinea Christo detraheretur, corona spinea in capite fuit relata, sic eandem quoque Christus hoc loco retinuit, & in crucem secum sustulit, ut ostenderet, se ut Regem nostrum in cruce mori & honorem regni à se nunquam ablatum iri. Tertull. adv. Jud. cap. 13. Ifaac cum ligno reservatus est ariete obtutio in ueste cornibus boreante, & Christus suis temporibus lignum humeri sui portavit in barens cornibus crux coronâ spineâ in capite ejus circumdata. 2. Crucifigendo omnia membra & articuli omnes distorquentur, sicut in tortura hodie fieri solet; Idipsum etiam Christo contigisse colligitur ex Psal. 22, vers. 15. separaverant se omnia offa mea, (in Hebreo est יְדֵיכֶם divisi, dispersi, separavit in Hithpael) sui cor meum sicut cera, liquefecit se in medio viscerum meorum. vers. 18. numerabo vel numerare possem omnia offa mea, ipsi aspiciunt, inspicient in me. Nos pro meriti eramus aeternis tormentis subjici, ab omnibus Dæmonibus distorqueri, dilacerari ad lanari, sed Christus nostri loco membrorum suorum distortionem sustinuit. 3. Tandem igitur crucifigendus clavis ferreis per manus ac pedes actis lignis crucis affixus fuit, (quod in Christo etiam observatum fuisse colligitur ex Act. 2, v. 23. ubi dicitur quod Judæi ipsum προστύχειν affigentes interemerint.) Hac afflictio diversimodè se habuit pro variis ac diversis crucium formis. Procul dubio in monte Calvariae crucis quadam erectæ steterunt, ut essent terrori maleficis, sicut apud nos patibula in publico extant, quod si crucifigendi in aliquam istarum crucium fuerunt agendi, verisimile est, quod in sublime prius elati tunc demum erecto crucis ligno clavis ferreis affixi fuerint. Sed quia de Christo notanter dicitur, quod gestaverit crucem suam, hoc est, illam cui affigendus erat, inde probabiliter colligitur, quod in terram prostratus & supinus cruci jacenti incumbens, eidem fuerit affixus, actum demum crux in sublime elata & erecta fuit, immissa scil. in foramen montis Calvariae ad hoc adaptatum, ut erecta stare posset. Quidam existimant manus Christi ligno humi jacenti fuisse infixas, pedes vero erectâ jam cruce, quod hic modus crucifigendi fuerit facilior. Quilibet vero intellegit non sine dira corporis concussione, vulnerum in manibus ac pedibus dilatatione & exquisitissimo dolore erectionem illam Christi in cruce pendentis fuisse factam. Ceterum de materia & forma Dominicæ crucis operosè quidam solliciti sunt. Autor Historiæ Scholasticae in Evangel. cap. 172. ex quatuor arborum generibus eam fabricatam fuisse scribit, Inventur, inquit, lignum

gum Domini & crucis & palma & cypres, &c., ut quidam tradunt, olive & cedri &c. Bernh.lib.de pass. cap.46. de quatuor arborum generibus crux facta fuisse refertur, de cypre, cedro, olive & palmis. Glossa Clement. de summa Trinit. & fide Cathol. Ferme, crux quatuor habuisse generis lignorum, cedrum insipite, palmam in pale per longum, cypressum in ligno ex transverso, olive in tabula super crucem, juxta verum, Ligna crucis, palma, cedrus, cypressus, olive, inde texunt allegorias, quod Christus sit Palma patientie, olea misericordie, cedrus pudicitie, cypressus bone coram Deo fragrancie. Beda in collectan. itidem ex quatuor lignorum generibus crucem Christi formatam fuisse agnoscit, sed loco oliva & palmæ nominat pinum & buxum. Lipsius lib.3. de cruce cap.13. totam crucem ex queru paratam statuit, quia fide digni afferunt fructa sacramenti hujus ligni speciem hanc referre, quia crebra & frequens in Iudea sit illa arbor; quia lignum sit robustum, fixior & tauraque aptum. Bellarminus ipse lib.2. de imag. sanctorum cap.27. agnoscit, opinionem de quatuor generibus lignorum in cruce non habere testimoniam veterum, nec esse probabilem. Tucherius Norinbergensis in descriptione terræ sanctæ scribit, in Palestina esse claustrum Gregorum Monachorum Paulinorum duobus miliaribus Italicas Hierosolyma distans, in cuius templo prope summum altare crescat peculiaris quedam arboris species, ex cuius ligno crux Dominicana fuerit formata. Sed haec omnia incertis traditionibus nituntur, ideo frustra & inutiliter quaeruntur. Quod formam crucium attinet, testantur veteres, quod crucis non fuerint unius generis. Quædam enim ita formata erant, ut capite ad terram converso necandi suspenderentur, quibusdam vero per posteriora palaverentur, alii denique expansis brachiis sublimi capite affigerentur. Primi crucifixionis modi exemplum legitur apud Niceph.lib.2.cap.36. de Petro, quem ait pedibus sursum versus sublati (κύριον) in cruce actum, quod se indignum judicaret recto corporis statu exemplo Magistri sui pati, atque ut brevior & expeditior sibi esset ad coelum via. Alterius modi exempla in Historiis Martyrum ubivis sunt obvia. Tertiī modi exemplum in Salvatore nostro conspicuum est, qui eā ratione in crucem actus est, ut sublimi in aere capite, pedibus terram versus directis, ac manibus utrinque expansis nudus penderet. Ab his crucium generibus diverso modo S. Andreas Apostolus crucifixus traditur, cujus crux ex duobus lignis aequalis longitudinis fabrefacta & de cussatis compacta angulos non habuit rectos sed acutos & obtusos, cui quidem non clavis sed funibus alligatus quasi equaleo per biduum inhaesit verba ex ea faciens & hominibus prædicens. Ceterum de forma crucis Christi statuit Justin. in Dial. cum Tryph. pag.249. quod vaticinium Mosiacum Deut 33. vers.17. Cornua unicornis cornua illius &c. ad eam accommodari queat. *Unicornis* (inquit) cornua non alterius cuiusquam rei aut figure aliquis dicere & demonstrare queat similia esse, quam more ejus que crucem designat directum namque opus est unum lignum, unde summa pars in cornu sustinatur, cum lignum ei aliud adaptatur & utrinque ut cornua unicornis ad juncta summitates apparent in aequalibus ac nequibus ratione evaginata.

φαινεται, & quod in medio fixum est, ut cornu & ipsum eminet, in quo vebuntur & insident, qui crucis supplicium subeunt & cornu formam pre se fert istud ipsum quoque cum aliis cornibus conformatum & compactum lignum. Ireneaus lib.2.adv.hæres. cap.42. Habitus crucis fines & summitates haberet quinque, duos in longitudinem & duos in latitudine & unum in medio, ubi requiescit, qui clavis affigitur. Sed fabrica illa cornu recurvi, in quo federint ac quieverint crucifixi, videtur delicatio quā utrudi & extemporanea Christi cruci conveniat. Ac notanter Christus dicitur non sedisse sed pependisse in crucis ligno Act.5.vers.30. quem inter omnis, & gen. Galat. 3. vers.13. Tanta insuper erat Judæorum ac militum contra Christum crudelitas, ut hanc qualemcunque levationem ægræ ipsi concessisse videantur, quin potius cruciatum ipsius hac ratione auxerunt, quod tota corporis moles sine ullo fulcro ex teneris, nervosis, ferroque perforatis manibus pendere fuit coacta. De numero clavorum in cruce Domini itidem variant. Nonnus Poeta antiquissimus in cap.19. Joh. crucis formam describit hoc modo: Illuc interfectores ad lignum quadrilaterum sublimè supra terram erectum extenderunt Christum astringentes vi explicatas, utriusque manus ferro vinculo, & immenso ac singulari clavo pedis utriusque pectusculum uno impetu perforatum transfixere, pedibus sibi mutuo impositis ac complicatis inflexible exitii vinculum. Ex quo intelligitur, tribus tantum clavis Christum cruci affixum, quæ etiam est sententia Nazianzeni in Traged. Christus patiens. Quidam vero secuti revelationes Brigittæ & Greg. Turonensis contra statuunt, lignum aliquod transversum in loco illo pedum fuisse, in quo duobus clavis pedes affixi fuerint, singulo suum clavum habente, non autem alterum alteri esse impositum, sive in universum quinque ligna sive trabes crucis enumerant, primum erat erectum illud lignum reliquis omnibus procerius & robustius, quod terræ excavatae immitebatur: cui corpus crucifixi adhærebat. Secundò tabella cacumini istius ligni erecti imposita, in qua scribebatur titulus mortis sive causa supplicii: Tertiò transversum aliud lignum, cui manus extensa & diductæ affigebantur: Quartò cornu illud cui velut ephippio alicui insederint crucifixi. Quintò transversum aliquod lignum inferius, cui utrique pedes singuli peculiari clavo fuerint affixi. Scaliger in animadvers. Eusebianis itidem statuit binos crucifixorum pedes totidem clavis non ad stipitem arrectarium sed ad suppedaneum affigi fuisse solitos. Sed quid de cornu illo sentiendum sit, jam ante exposuimus, ac Nonni sententia ostendit, quid de transverso illo ligno, cui pedes affixi fuerint, statuendum sit, probabilius scilicet, quod pedes sibi invicem impositi ligno erecto uno quadam clavo infixi fuerint, non autem duobus clavis ligno alicui transverso. Convenit haec sententia crudelitati crucifixorum, cum enim tota corporis moles in pedes inflexos & transfixos sibi in vicem incumbentes sine ulla quiete vel fulcro ex manibus affixis pependerit, inde facilè intelligitur, corporis pendentis pondus & superne & inferne continuum atque indicibilem in nervosis illis partibus peperisse cruciatum.

ciatum. Disputant etiam , an lignum transversum ligno longo erecto immisum vel suprapositum fuerit hoc modo , ut lignum erectum sursum versus prominuerit ? Lipsius lib. 1. de cruce cap. 11. probare conatur ex Patribus , pictoribus & priscais sculpturis Christum in illa cruci specie , quæ *Inmissa* vocatur , crucifixum , addit etiam Constantino talem formam apparuisse , statuit igitur erectum illud lignum oblongum supra transversum aliquantulum prominuisse . Tertull. in apolog. cap. 16. *Sipites trophaeorum fuisse cruces & ipsa signa militaria recta hastæ & transversæ hastula formam crucis representasse* scribens id ipsum agnoscit . August. etiam tractat . 118. in Joh. non obscurè illud comprobatur hisce verbis : *Lata est (crux Christi) in transverso ligneo , quo extenduntur pendentis manus & significat bona opera in latitudine charitatis . Longa est à transverso ligneo usque ad terram , ubi dorsum pedesque figuruntur & significat perseverantiam in longitudine temporis usque ad finem . Alia est in cacumine , quod per transversum lignum sursum versus excedit & significat supernum finem , quod cuncta opera referuntur . Profunda est in ea parte , quâ in terram figitur , ibi quippe & occulta est , nec videri potest , sed cunctæ ejus apparentia & eminentia inde consurgunt , sicut bona nostra de profunditate gratiae Dei , que comprehendunt ac dijudicari non potest , universa procedunt . In Psal. 103. erat latitudo , in qua porrectæ sunt manus ; longitudo à terra surgens , in qua erat corpus infixum ; altitudo ab illo innexo ligno sursum quod eminet , profundum , ubi fixa erat crux & ibi omnis spes vite nostræ . Idem repetit Epist. 120. cl. 26. sed Beda in quest. super Genes. ubi de victoria Abraham loquitur , dicit , *crucem fuisse similem literæ Graecæ & qualē etiam fuisse Hebraicis Thau docet Hieron. in c. 9. Ezech. Juxta illorum sententiam lignum erectum non prominuit sed supra transversum . Sed prior sententia magis recepta est , unde formâ decussata crux ubivis formatur , pingitur ac sculptur . De clavis quibus affixus fuit Christus aliqui scribunt , fuisse illos non præacutos sed obtusiores , ut cruciatus esset eo gravior , quod per os difficilior . Sed compages manuum ac pedum non admittit fissuram , nisi clavorum acutissimorum . Russin. lib. 1. Hyst Eccles. c. 8. refert Helenam inventâ cruce portasse clavos ad filium Constantini , ex quibus ille frenos composituerit , quibus uteretur ad bellum , ex aliis vero galeam bellii usibus aptam armaverit &c. Theodor. lib. 1. Hyst Eccles. cap. 18. *Helena clavorum , alios galeæ regie inferuit , qui præsidio essent capitæ filii suis & hostium tela repellent , alios freno conjunxit , Regi protectionem parans . Ambros. in orat. de obitu Theodosii allegoricè ista exponit : In capite (inquit) rectè est clavus , ut ubi sensus est , ibi præsidium ; corona de cruce , ut fides luceat ; habena de cruce , ut potestas regat , sitque justa moderatio , atque ad clavum Christi in freno Constantini accommodat Propheticum illud Zach. 14. In die illa erit quod super frenum est equi , sanctum Domino . Quod si ergo Constantinus memorialis perpetui ergo clavos illos galeæ & freno adhibuit , fortassis non improbari poterit , sin vero peculiarem aliquam virtutem protectionis illis tribuit , sicut verba Theodoreti indicare videntur & Greg. Turon. lib. 1. deglor. Martyr. cap. 6. memorat , quod clavus ad tempestatem sedandam in mare Adriaticum projectus fuerit , illud profectò superstitione non caret . Nos rectius fecerimus si***

spirituali & piâ clavorum ac passionis Christi meditatione tumultus mentis nostræ sedemus , concupiscentias carnis refrenemus atque ad spiritualem militiam contra Satanam & ipsius organa nos armemus . Ad formam crucifixionis etiam hoc pertinet , quod Damasc. lib. 4. orth. fidei cap. 13. refert , *Iudeos averti à templo & urbe facie Christum crucifixisse , quasi qui indignus sit sancti illius loci intuitu , ex quo colligitur , pependisse Christum in cruce facie ad occidentem conversa , quia mons Calvarie in Occidentali parte urbis fuit situs . Idem statuit Sedulius lib. 5. Carm.*

*Quatuor inde plagiæ quadrati colligit orbis .  
Splendidus autoris de vertice fulget Eous ,  
Occiduo sacre labantur fidere plantæ ,  
Arcton dextra tenet , medium leva exigui  
axem .*

Voluit igitur Christus hac positionis formâ significare , quod exaltatus in cruce omnia vult trahere ad seipsum Johann. 12. ver. 32. & ex omnibus mundi partibus Ecclesiæ sibi colligere . Lactant. lib. 4. de vera sap. cap. 26. Extendit manus suas , orbemque dimensus est Christus , ut jam tunc ostenderet ab ortu Solis usque occasum magnum populum ex omnibus linguis & tribubus congregatum sub alas suas esse venturum & genum illud maximum frontibus suis suscepturn . Dorsum ipsi obverterant Judæi , recusantes eum pro Messia agnoscere , ideo vicissim obvertit eis dorsum respiciens ad gentes beneficis crucis fructuras . Jerem. 8. vers. 17. dorsum & non faciem ostendan eis in die perditonis eorum . Ceterum ad crucem Christi varios typos & vaticinia VT. accommodant pii veteres , quorum studium ut non est improbandum , ita delectus quidam inter ea meritò institutus , ut potiora & clariora reliquæ præferantur . Justin. in Dialog. cum Tryphonie pag 244. *Lignum crucis symbolum atque ratione lignum vice obtinuit , quod in Paradiso satum fuit . Moses cum virga ad liberationem populi misit est , eamque in manibus gestans in prima populi fronte ev. dœxyn & λαζ̄ mare dissecut . Per hanc è Petri aquam profluentem vidit . Et ligno in Mara in undam amaram concocto dulcem eam reddidit . Virgù in lacus quarum missis Jacob , ut fata ferent oves avunculū fui , quod ex fæti earum luceretur , voti compos est factus . Virgā suā se fluvium transisse idem Jacob gloriatur . Idem scalam à se viam dixit , cui innixum fuisse Deum Scriptura declaravit . pag. 245. Virgā Aaroni germe ferens pontificem cum declaravit , Virgam è radice Iesse nasciturum esse Christum Esaias prolocutus est . Et David , ut lignum plantatum ad exitus aquarum , quod fructum suum produceturum sit tempore suo & cuius folium non sit defluxurum , iustum esse ait , *A ligno conspectus est Abraham Deus , sicut scriptum est , ad illicem Mamre , Septuaginta salices five palmas & duodecim fontes invenient populus transmisso Jordane . Virgā & baculo consolationem se accepisse à Deo , dicit David . Lignum ubi Elisa in amnum Jordaniem projectit , ferrum securus extulit , quā filii Prophetarum exiverant , ut ligna cederent , ad structuram domus , ubi legem & precepta Dei commemorare atque meditari constituerant : quemadmodum & nos gravissimis peccatis , que in nos admisimus , baptizatos atque submersos per supplicium capitale crucis in ligno & per**

purificationem aqua Christus noster redemit. Et domum orationis & adorationis effecit. Ee virga fuit que iudicauit Patrem eorum, qui per ingen's sacramentum est Thamare sunt progeniti. pag. 248. hic accommodat, quod Moses in pugna Israelite cum contra Amalecitas manibus uirinque expansi oraverit, id dicit fuisse signum crucem imitans Χριστόν τὸν σωτῆρον μημένον. Item quod Moses in benedictione Iosephi dicit Deut. 33. vers. 17. Cornua monocerotis cornua ejus; applicationem ostendimus paulo superius. pag. 200. Agnus ille (paschalalis) de quo, ut affus totus fieret, praeceptum est, supplicii crucis quod subiturus erat Christus symbolum & nota fuit. Agnus namque affus in figuram crucis similem conformatus ad ignem torretur, nam veru unum ab infinitis partibus ad caput usque ad adam perfigetur, & aliud rursus secundum scapulas, ad quod suspenduntur manus agni. p. 253. hic accommodat dictum Esaiæ: Expandi manus meas ad populum incredulum. pag. 283. signum eius qui crucifigendus erat in serpentibus morsu vos ledentibus exhibitum est, pag. 232. hic accommodat verba Psalm. 96. vers. 10. Dicite inter gentes, Dominus regnat, ac monet olim sic fuisse lectum, regnavit in ligno Deus, sed verba illa in ligno à Judæis fuisse expuncta. Fortunatus in carmine suo eadem expressit: Impleta sunt que cecinit David fidelis carmine, Dicent in nationibus, Regnavit à ligno Deus. Cyrilus lib. 8. in Johan. & Hieronymus de ligno crucis hæc proponunt meditationes: Cum per hujusmodi exaltationem in cruce ejectus fuisset Princeps mundi foras, conlant omnibus per crucis vexillum devictas esse à Christo. Daemoniacas cohortes, ut sicut per lignum vicerat antiquæ serpens primum Adamum, unde in omnes transfixe mors Gen. 3. ita quoque per lignum idem vinceretur à secundo Adam, unde nobis proflixus vita omnis & gratia, hinc factum est, ut in laquo suo comprehensus sit peccator, & suis, ut ajunt, telis confossum. Sane crux ipsa funda est, quæ David Goliathum horrendum armis & formidabilem visu probravisse habet. Reg. 1. Reg. 7. Ipsa est signum Thau signatum in frontibus virorum gementium, quo muniti ab interitu erexitur, ceteris omnibus interfici jussi Ezech. 9. Ipsa, inquam, signum, quo Angelus Domini signavit servos Dei in frontibus eorum, ne inferreteretur eis exitium aut perniciem. Apocal. 7. Vero ligna colligens mulier Saepetana Proph. iam domo suscepit, itaque sine olei farinaque sue diminutione aliquandiu vivit. Reg. 17. Cruce insignita mens celesti alimonia & Spiritus sancti gratia affatim pascitur. Ferrum fundo aqua demersum Eliseus immisso ligno ad supremam aqua partem natans eduxit 4. Reg. 6. Nos ad imbarathri depresso crus sancta subverxit ad astr. Hec enim est lignum vita, quod in medio Paradisi plantatum esse Scriptura commemorat Genes. 2. quia ab ipsa vinificata nobis & vitalis medicina processit. Hec est arca Noe, per quam salvatur à diluvio inundantibus viatorum & incolumes servantur. Genes. 7. Hec est scala Jacob a terra in celum porrecta, cui Dominus innixus est, per quam nobis cœlestia regna concenderetur Genes. 28. Hec designata fuit per ligna, que humeris suis culit Isaac, cum immolandus erat in holocaustum Gen. 22. nam Christi humeris crux bajulata totius mundi in se culit precium. Hec postibus & superliminaribus domorum figurata descri-

bitur, que sanguine agni delibita exterminatorem primogenitorum Egypti ne ingredere tur, propulit Exod. 12. Hac est virga Mosaica, que mare rubrum percussens divisit aquas & traductio Dei populo Regem Agyptum cum toto equitatu submersit. Exod. 14. Hec eadem bis sihuc percussions aquam largo fluxu eduxit Num. 20. Ipsa itidem lignum est, quod fluvio Marath immisum amaritudinem aquæ in dulcedinem convertit. Exod. 15. Ipsius figuram atque formam manibus extensis referens Moses superbum Amalec purgnam centem atque in populum Dei ducentem exercitum oratione ad Deum facta vicit Exod. 17. Denique ipsa lignum est, quo in deserto suspensus serpens amarus omnibus ipsum conscientibus sanitatem à morsu serpentum reddidit. Num. 21. Nam quisquis oculos animi in Christum cruci affixum converterit, ab omni vulnere peccati illico curabitur. Quæ omnia non de materiali & lignea cruce, sed de opere redemptoris in ligno crucis à Christo præstito accipienda esse nemini potest esse dubium. Iren. lib. 4. c. 23. pag. 248. lib. 5. cap. 16. pag. 340. Lactant. lib. 4. div. Init. cap. 18. August. lib. 16. contr. Faust. cap. 22. & alii ex veteribus, ad crucifixionem Christi accommodant dictum Mosaicum Deut. 28 vers. 65. Erit vita tua pendens ante oculos tuos & non credere. Recensentur ibi maledictiones expectandæ populo Israelitico, si nolit obedire verbis Domini, jam vero Christus in cruce pro nobis factus est maledictum, & hæc est omnium maxima populi Judaici maledictio, quod non credit in Christum crucifixum, sic ergo in hoc vaticinio exprimeretur persona, modus & locus supplicii, quod scilicet Filius Dei, qui est ipsa vita suspensus sit ἐν τῷ ὄρε τῷ ἁγίῳ εὐρεῖται, vel ut aliud vertunt in umbilico, in medio terræ, id est, Hierosolymis. Galat. lib. 8. de arcan. Cathol. verit. cap. 17. Ideo sortassis pluraliter dixit γῆρας της του, quia sicut gemina est Messie natura, ita & ejus vita, Deus scilicet anima, he autem Messie vita, que pro nobis in cruce suspensa erant, nostra sunt. Sed literalis sensus, ut recte monet Gallasius in annotat. in hunc Irenæ locum colligitur ex contextu. Versus proxime præcedente dicitur: Dabit tibi Jehovah cor pavidum, & defectum oculorum & mortarem animi, postea sequitur hoc versu 65. Et erit vita tua suspensa tibi ex adverso, neque credes vita tua, id est, desperabis de vita tua, nulla apparebit ratio, quæ vitam tueri possis. vers. 67. additur: Manè dices, quis dabit speram? & in vespera dices, quis dabit manè? pre pavore cordis & visione oculorum tuorum &c. Idem Iren. lib. 4. cap. 5. p. 289. Per extensionem manuum dissolvens quidem Amalech, congregans autem dispersos filios a terminis terra in ovile Patris. cap. 67. p. 2. 8. Christus in fine aratrum offendit (innuit dictum Ela. 1. convertentes lanceas in aratra) lignum copulatum ferro & sic ejus expugnavit terram, quoniam firmum verbum adiunatum carni. & habitu tali confixus emundavit sylofrem terram. Anshelm. in meditat. de cruce Christi itidem aliquot typos conglomerat. Modo Moses virgina sua mare rubrum percussit: modo Jacob scalas cœlos attingenti accubat: modo exploratores uoram tempestivam nocte deportant: modo Jofue clypeum in Nain susulit: modo Gedeon, Midianitis gladium ostentat: modo Delila Sampsonem hostibus dedit: modo David in Goliath pugnat:

modus



modò Jonas in turbulentum mare proiecitur : modò ligna Isaæ , quibus concremandus , apportat : modò arcam Noe , ut cataclysmum evitet , adiscat : modò arcum tendit Esau , ut majores feras transadigat : modò exaltat serpentem Moses , ut illius aspectu salvetur populus &c. Galatinus loco proximè citato ex libro Berachoth , id est , Benedictionum Hierosolymitanum in capite quod incipit , Quando legunt , adducit talem interpretationem : Et fuit , cùm complevit Salomo orare ad Dominum universam orationem & deprecationem hanc , surrexit de conspectu altaris Domini procumbens super genua sua & manus ejus erant expansæ ad cœlos . Dixit Rabbi Abba , & manus ejus erant expansæ ad cœlos . Nam sic ut  $\pi\eta$  id est , iste crucifixus vel in cruce extensus erat stans . Hac ibi  $\pi\eta$  quod Latine interpretatus iste , hoc in loco non est nisi Deus , quod per id , quod in libro Menaboth , id est , oblationum in capite , quod incipit , Oblationes legitur , maximè probatur , ubi sic dicitur : Deus sanctus & benedictus vocatur  $\pi\eta$  id est , iste , sicut scriptum est Exod. 15. Ze , id est , iste Deus meus & glorificabo eum . Sozom. lib. 2. Hist. Eccles. cap. 1. recitat versum Sibyllæ de Christi crucifixione : ὁ ξύλον μακάριστον , ἐφ ἡ θεος ἔτερανδην . O lignum felix , in quo Deus ipse pendit . Apud Eusebium in oratione Constantini cap. 18. & Augustin. lib. 18. de civit. Dei cap. 23. extant Sibyllæ Erythrææ versiculi de Christo , quorum acrostichis hæc est : Jesus Christus Dei Filius Servator crux , Ιησος Χριστος θεος ιησος ουρανος ουρανος . Ex Natura etiam varias picturas & similitudines crucis erunt , quas gentilibus crucis irrisoribus opponunt . Justinus Apolog. 2. pro Christi pag. 70. Considerate vobis cum res in orbe cunctis , an absque forma ipsa ( crucis ) administrare quicquam aut commercium aliquod habere homines queant ? Mare certè quidam non scinditur , nisi tropheum hoc , quod antenna sive velum vocatur , in navi integrum maneat . Terra absque hoc non aratur . Possores aurem opus non faciunt , neque itidem manuarii artifices , nisi figuram hanc habentibus instrumentis . Præterea vero facies humana non alia re ab animalibus ratione carentibus magis differt , quam quod rigida directaque sit & extensionem manuum habeat , atque in vultu à fronte prominentem proferat nasum qui dicitur , per quem respiratio est animanti , non aliud quam crucis formam ostendentem . Et per Prophetam quoque ita dictum est . Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus . Quin & signa vestra figurae hujus vim preferunt & declarant ( vexillorum signa dico aliorumque insignia ) & troporum , per que progressus à vobis in publicam quovis locorum sunt imperii & potestatis indicia in hisce ostendentibus , licet hoc non intelligentes faciatis . Et qui apud vos moriuntur Imperatorum imagines forma ista conferatis & Deo inscriptionibus nominatis &c. Tertull. in apol. cap. 16. In tropis crucis , intestina sunt troporum , Religio Romanorum tota castrorum signa venerantur , signa jurat , signa omnibus Diis preponit . Omnes illi imaginum suggestus insignes , monilia crucium sunt . Sypara illa vexillorum & Cantabrorum stola crucis sunt . Maximus Taurinensis horni. 11. de cruce Domini sic philosophatur . Grande est crucis Sacramentum & si intelligamus per hoc signum mundus ipse salvatur . Nam cum à nautis scanditur mare , prius arbor erigitur , velum distendit

Sed & bonus agricola , cùm parat terra solvantur , non nisi per signum crucis id facere contatur . Dum enim aratro dentale subjicit , & sinuam inserit , figuram crucis imitatur . Cælum quoque ipsum hujus signi figurâ dispositum est . Nam cùm quatuor partibus distinguitur Oriente , Occidente , Meridiano ac Septentrione , quatuor quasi crucis angulis continetur . Ipsius etiam incessus hominis , cum manus levaverit , crucem pingit , atque ideo elevatis manibus orare præcipimus , ut ipso quoque membrorum gestu passionem Domini fateamur . Minutius Felix in orat. contra gent. Signum crucis naturaliter vidimus in navi , cùm velis tumentibus veherit , cum expansis palmulis labitur & cùm erigitur jugum , crucis signum est . Autor comment. in Marcum apud Hieronym. Aves quando volant ad æthera , formam crucis assumunt , homo natans per aquas vel orans , formâ crucis visitur . Navis per maria antennâ cruci similata sufflatur . Sozomen. lib. 7. Eccles. Hist. cap. 15. & Suidas referunt , Theodosio magno regnante cùm fana gentilium diruerentur , inventas esse in templo Hieroglyphicas literas habentes crucis formas , quas videntes ii gentilium , qui Christo jam addidi erant , ajebant significare crucem apud peritos Hieroglyphicarum notarum Vitam venturam . De mysteriis crucis vide P. Galat. de arc. Cathol. verit. lib. 6. capit. ult. ubi ex Rabinis ostendit per crucem intelligi victoriam & triumphum , crucem esse summum bonum , influereque in omnes homines , donatamque corona , ac in ea esse nomen Altissimum . Quamvis verò hæc & similia ingeniosè & piè excogitata sint à sanctis Patribus , quod scilicet in rebus tam naturalibus quam arte factis signum crucis reperiatur expressum ) tamen gentilibus , quibus crux Christi fuit similitudinæ , 1. Corinth. 1. vers. 23. non potuerint (atisfacere , nisi ex Scripturis sacris evidencia testimonia addita fuissent . In ipsis etiam vaticiniis & typis V.T. de cruce expositis & Judaicæ perfidia oppositis delectus quidam adhibendus , neque enim omnium eadem est perspicuitas & evidenter . Primarium V.T. de cruce vaticinium extat Psal. 22. v. 18. Foderunt manus meas & pedes meos , dinumerarunt ossa mea , in quem locum Augustinus scribit , Dinumerarunt in ligno crucis extensa omnia ossa mea , non potuit melius describi extensio corporis in ligno . Judæi de Christo intelligendum esse Psalmum negant , sed accuratè & prolixè eos refellit Justin. in Dialog. cum Tryph. pag. 263. cum neminem in gente sua monstrare possint , qui unquam Rex Christus sive unctus sit dictus , manus & pedes , cum viveret perfostrus ac per mysterium hoc mortuus , id est , in cruce suspensus extra solum hunc Jesum . Nugantur aliquid de Mardochæo , quem Aman in cruce agere voluit , sed singula penè verba Psalmi cum complemento optimo vaticiniorum interprete collata nugas ilias manifestissime refellunt , quod ipsum etiam Calvinus & reliquis præposterioris Interpretibus , qui Psalmum hunc de Davidis calamitatibus juxta sensum literalem exponunt , ad Christum autem non nisi typicè & secundariò accommodant meritò opponimus . Judæi obverunt , legendum esse  $\text{יְהוָה}$  sicut leo , vel quasi leo , sed

sed opponimus illis testimoniorum Masoritarum, qui referente Galatino lib. 1. de arc. Cathol. verit. cap. 8. & lib. 8. 17. in Thikkum Sophri, hoc est, in marginalibus notationibus diversarum lectionum annotant scribendum esse כְּרָבָר foderunt, perfodere, quamvis concinnius sit & ad vulgarem lectionem propriis accedat, si legatur ut sit pluralis numerus in regimine, pro כְּרָבָר à כְּרָבָר vel כְּרָבָר fodit, discidit, transfixit. Huic lectioni suffragatur etiam versio LXX. Interpp. qui verbum reddiderunt per ἀπέργειον foderunt, quin & Chaldaica paraphralis, quæ vertit hoc verbum per נִכְתֵּן contudit, contrivit, transfixit, ac R. Mos. Hadarsan testatur in multis exemplaribus antiquitus scriptum fuisse כְּרָבָר foderunt. Est igitur hoc insigne vaticinium de crucifixione Christi, in qua manus ac pedes ipsius clavis ferreis sunt transfixi. Gloss. ordin. in Ps. 2. 1. non dicit transfixerunt, sed vulneraverunt, quia scut terra fossa fructum facit, sic fructum vite Christus dedit vulneratus in manibus ac pedibus. Primarius typus crucifixionis est serpens æneus in deserto exaltatus Num. 21. v. 9. quem Christus ipse Joh. 3. v. 14. sibi accommodat. Justin. in Dial. cum Tryph. pag. 251. Sacramentum arcanum per hunc serpentem Deus denunciavit, quo serpens quidem, qui etiam prevaricationis ab Adam commisere autor fuerat, potestatem eversum iri significabatur, salus autem credentibus in istum, qui per signum id adumbribatur & in cruce moriturus esse monstrabatur à serpentis morsibus, qui sunt actiones præv. idolorum cultus & aliae iniquitates, promittebatur. pag. 265. Serpens existimabitur populum salvasse, quem primitus Deus subiectis maledictioni & per ingentem, ut Isaías clamat, gladium confecit? & tam insipiente res ejusmodi, ut Rabini vestri docent, & non tanquam symbola excipiens? Tertull. adv. Jud. p. 134. Idem rursus post interdictam omnisi rei similitudinem cur æneum serpentem ligno impositum pendentes habitu in spectaculum Israeli saturare propositum eo tempore, quo à serpentibus post idolatriam exterminabantur? nisi quod hic Dominicam crucem intentabat, qua serpens Diabolus designabatur & laço cuius ab ejusmodi colubris, id est Angelis ejus à delictorum peccantia ad Christi crucis sacramenta intento, salus efficiebatur, nam qui in illam tunc respiciebat à morsu serpentium erabatur &c. Vide etiam Athanas. tom. 2. p. 255. contra eos qui humanam Naturam Christi impugnabant, Chrysostom. homil. 26. in Johan. Epiphani, hæres. 37. Nazianzen. orat. in pasch. p. 697. & in comment. Nicet. Augustin. de peccat. merit. cap. 32. tract. 12. in Joh. serm. 14. de verb. Apost. serm. 101. de temp. &c. Pulcerrima sunt verba Augusti. tract. 12. in Johann. Quid sunt serpentes mordentes? peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? mors Domini in cruce, quia enim in serpente mors, per serpentis effigiem figura est mors. Morsus serpentem lethali, mors Domini vitalis: attenditur serpens, ut nihil valeat serpens. Quid est hoc? attenditur mors, ut nihil valeat mors. Sed uberior explicatio hujus typi alio loco tractabitur. Hisce duobus primariis vaticinio ac typo addi deinde possunt secundariò etiam alia vaticinia ac typi. Quia enim in ligno crucis Christus mortuus, ideo quæcumque salutaria per lignum gesta sunt, rursum ad crucem accommodari possunt. Sic Crux

in qua Christus vita nostra pendet, conferri potest cum arbore vite in Paradiſo. Merito enim crux Christi appellatur lignum vite, quia ex ea triplicem vitam consequimur, scil. vitam Nature, in cuius signum cum Christo crucifixo multi resurrexerunt ad vitam Naturæ; vitam gratiae, in cuius signum Christo orante in cruce, multi conversi sunt percutiētes pectora sua; & vitam glorie, in cuius signum Christus dixit latroni, Hodie mecum eris in Paradiſo. Sicut ex Paradiſo quatuor flumina oriuntur irrigantia universam terram, sic Christus ex quatuor locis corporis sui, videlicet ex manibus & pedibus perforatis rivos sanguinis protrusit, ut universa terra mundari, irrigari & fecundari eo possit. Quemadmodum arca lignea tempore diluvii ab interitu homines præservavit Genes. 7. v. 3. 1. cum aqua deleret terram, sanavit iterum sapientia per contemptibile lignum justum gubernans Sap. 10. v. 4. sic Christi crux à diluvio iræ divinæ nos tuetur. Ligno crucis vehimur per undosum mare mundi ad terram viventium. Jacob in somni videt scalam pertinacem à terra usq; ad cœlum Genes. 28. v. 12. Christus per crucem suam erexit nobis scalam, in qua ex terra in cœlum descendere possumus. Moses virg. 6. 14. mare rubrum dividit, Israëlitis transitum parans Exod. 14. v. 16. Christus per crucem suam infernalem Pharaonem devicit, Israëlitis vero spiritualibus, hoc est, omnibus credentibus tutum transitum præstít. Ligno injecto aquæ in Marah sanabantur, ut amaritie deposita dulcescerent Exod. 15. vers. 25. Crux Christi sanat omnem calamitatum nostrarum amatorem. Jussit Dominus Moysi, ut extrueret tres aras, puta terream Exod. 20. v. 24. lapideam Exod. 20. v. 25. ligneam Exod. 30. v. 1. eo indicatum fuit, Christum primò in ara terrea, qui est hortus; deinde in ara lapidea quod est judicium tamen Ecclesiasticum quām politicum: tūm in ara lignea, quod est crucis patibulum, immolatum iri. Levit. 14. v. 6. iubetur aspergitorum fieri ex ligno cedrino, coco bis tincto & hyssopo, quibus intinctis in sanguinem avis occisa aspergebantur, qui à lepra erant mundandi. Lignum cedrinum præfigurat lignum crucis hyssopus Christi corpus, coccus bis tintitus, quo hyssopus alligata fuit ligno cedrino, significat Christi caritatem, per quam fixus est in crucem, quod referri potest illud Davidicum Psalm. 31. v. 9. aberges me Domine hyssopo & mundabor. Elisæus ligno in Jordanem demissio ferrum elevat 2. Reg. 6. v. 6. Christus cœlestis Elisæus per lignum crucis ex abyso perditionis genus humanae peccati pondere in ima depresso elevavit. Talia excogitari possunt quāmplurima, ut ostendunt dicta veterum superius adducta. Possunt autem præter hosce typos ligno propositos etiam alia vaticinia ac typi V. T. ad crucem accommodari Genes. 3. v. 15. Semen mulieris concretum caput serpentis, serpens autem insidiabitur calcaneo ejus, id completum est in cruce, cum Christus serpentis infernalis caput contereret, pedes ejus clavis perforabantur, quæ vulnera verè erant morsus serpentini. Isa. 11. vers. 12. Levabit vexillum ad gentes & congregabit profugos Israël. Christi crux verè est vexillum, quo congregatae sunt gentes ad spiritualem militiam. Es. 40. v. 16. in manibus meis descripsi te. Clavi, quibus Christi manus transfixa, sunt

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.



sunt stylus ferreus, quo omnes electi in ipsius manus sunt descripti. In ipsa manu quasi in membra trophyi sui chirographum proprio suo sanguine scripsit, & ut Scriptura esset indebilis, manum exarando transfodit. Esa. 52. v. 13. *Sorvus meus exaltabitur & elevabitur & sublimis erit valde, Id non solum intelligentium de exaltatione in gloriam, sed etiam de elevatione in crucem juxta infallibilem interpretationem ipsius Christi Joh. 3. v. 14. Sicut Moses exaltavit serpente in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, Joh. 8. v. 29. Cum exaltaveritis Filium hominis, cognoscetis quia ego sum. Joh. 12. v. 32. Ego, si exaltatus fuero, de terra omnia traham ad meipsum. v. 33. hoc autem dicebat significans quam morte esset moriturus. Ita quoque vox ΝΩΣ in dicto Prophetico ad exaltationem in cruce alludit, usurpat enim Genes. 40. v. 20. de archipistore Pharaonis suspenso super lignum. Quemadmodum etiam sacrificia Vet. Test. levabantur ac movebantur coram Domino sic Christus levatur in cruce ad consecrationem nostram, ut nos faciat Sacerdotes coram Deo. Quemadmodum sacrificia V. T. ligno imposita igne absurabantur, sic Christus pertulit peccata nostra super lignum, 1. Pet. 2. v. 24. & caritatis igne successus obulit se Deo in odorem fragrantia Ephes. 5. v. 1. &c. hæc omnia latius explicari possunt, sed nobis sufficit monstrasse fontes. Cæterum, quia omnis salus nostra in cruce Christi consistit, ideo imaginem Christi crucifixi in corde nostro perpetuo circumgeramus, atq; oculos fidei in ipsum dirigamus, ac si ante oculos nostros depictus & inter nos crucifixus esset Galat. 3. v. 1. sicut pii veteres habitum crucifixi & singula ejus membra in meditationibus suis pulcherrime sibi proponunt. 1. Certum est, supplicium crucis præ reliquis omnibus maximos afferre cruciatus. Denudatio enim non solum est ignominiosa, sed etiam pœnalis, quia externis injuriis aeris corpus crucifixi exponit. Transfixio manuum ac pedum intensissimos afferit dolores, cum enim haec partes sint maximè nervosæ ac proinde sensu tactus acutissimo præditæ, ideo quando ferrum per volas manuum ac plantas pedum adigitur, inde gravissimus & acutissimus dolor oritur. Elevatio crucis dolores & cruciatus omnes renovavit, quia in ea omnia viscera ac membra fuerunt concussa, ac vulnera manuum & pedum ob ponderis gravitatem laxiora reddita, ut quasi rivul sanguinis ex illis profluerent. Extenso brachiorum quam sit molestia experietur, qui manibus extensis & elevatis sine ulla remissione per semihoram orare voluerit. Certè Moli usque ad occasum Solis manus suas in precipibus elevanti lapidem supponere necesse habent, & Aaron ac Hur manus ejus ex utraque parte sustentant Exod. 17. vers. 12. Ipse quoque habitus pendens dolorem auger, totum enim corporis pondus ex brachiis transfixis dependens ac in pedes transfixos recumbens & supernè & inferne acutissimos, ac nulla ex parte interruptos, dolores concitat. Accedit pœnæ diuturnitas, erat enim mors admodum lenta. Sanctus Andreas legitur biduo in cruce vixisse, quidam etiam pluribus diebus in cruce vixerunt, nec tam cruce, quam fame vel ferarum laniatu interierunt. Manus & pedes, qui in crucifixione transfodiebantur, sunt à cerebro & capite remoti, ideo nec sensuum nec rationis officia laedebatur, sed integris sensibus & sanâ mente*

dolor acutissimus tolerabatur, neque cor fons vitae vel membrum aliquod cordi vicinum vulnerabatur, nec copiose effluebat sanguis ex manuum ac pedum vulneribus, clavis ferreis adhuc eisdem inhaerentibus & exitum prohibentibus, sed guttatum destillabat, ideo non repente moriebantur crucifixi sed lentâ morte confecti viribus paulatim defientibus destituebantur. Augustin. tract. 36. in. Johan. *Dia vivebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor curius finiretur, quæ omnia manifestè probant supplicium crucis dolores exquisitissimos & cruciatus maximos attulisse hoc supplicii genere affectis. Thom. part. 3. quæst. 46. disputat. crucifixionis supplicium Christo longè majores, quam cuvis alii crucifixo, attulisse cruciatus, idque propter duas causas, quarum una fuerit corporis a Spiritu Sancto formati tenerima optimaque constitutio, quam factum sit, ut maximâ sensuum vivacitate lesions ac noctumenta omnia & singula citra ullam stuporem, perfectissimè senserit: altera, quod nullam admiserit consolationem aut doloris mitigationem undecunque illa posset proficisci, sive à divinitate, sive à ratione, sive ab animi aversione, sed singulas anime vires sibi ipsi relietas permisit agere & pati, que ipsarum propria erant &c. quibus causis addendum, quod Christus factus pro nobis in cruce maledictum verè senserit iram Dei peccatis totius mundi in se suscepit debitam ac promeritam, maledictionem item legis & cruciatus verè infernales, quæ omnia dolores & cruciatus Christi crucifixi modis ineffabilibus auxerunt. Quare verò atrocissimum & dirissimum illud crucis supplicium Christus elegit? certum est, quod non in virüs aut coactus id suscepit, sponte enim seipsum tradidit hostibus, à quibus tali supplicio se afficiendum noverat. Respondeat Chrysostomus, prout à Thoma in catena citatur, Christum hoc fine diram, infamem & detestabilem mortem in cruce suscepisse, ut hac intererat dominum mortis totaliter destrueretur. Peccatum mortis genus elegit, quia totam mortem abolevere voluit. Peccatis nostris non crucem solum, sed etiam perpetuum infernum meriti eramus, Christus igitur pro omnibus omnium hominum peccatis plenissimè satisfacturus & æternam justitiam perfectissimè nobis promeritus summum & teterrimum supplicium subire voluit. 2. Qui in ligno pendet, maledictus à Deo dicitur Deut. 21. v. 23. velut in Hebræo emphaticè habetur, est maledictio Dei. Illud Paulus ad Christum in cruce pendente sic accommodat, Galat. 3. vers. 13. quod Christus nos redemerit à maledictio legis factus pro nobis maledictum, vers. 14. ut in genibus benedictio Abraham ficeret in Christo Iesu. Athanas. de incarnat. verb. p. 51. Quomodo alia ratione execratio aut piaculum esset, nisi execrabilem mortem in se recipere? Propter peccatum nos omnes æternæ maledictioni eramus obnoxii, sed Christus maledictionem nobis debitam in se transtulit & cœlestem benedictionem credentibus promeruit, sicut pulcherrime dicit Bernhard. serm. 4. de assumpt. Mar. *Crucis ignominia est summa credentium gloria.* Sicut signum salutiferum in deserto suspensum figuram habuit maledicti serpentis Num. 21. vers. 9. cuius intuitu à vulneribus & veneno serpentum Israelitæ liberabantur: sic Christus in cruce suspensus figuram habuit male-*

dicti

dicti peccatoris ac facinorosissimi hominis, sed revera est benedictus Dei filius ad salutem nostram in cruce pendens; quem si oculis vera fidei intuiti fuerimus, ab aeterna maledictione liberari poterimus. 3. Christus in cruce sublimis pendet, ut omnes ipsum intueri ac per fidem salutis participes esse possint. *Illi exaltatus fuero e terra, omnia traham ad meipsum,*, inquit Johann. 12. v. 32. Reliqui crucifixi horrido suo aspectu omnia a se abigunt, abominabiliores enim sunt, quam ut serena fronte ac jucundo vulnu eos quispiam aspicere possit, sed Christus in cruce exaltatus *omnia trahit ad seipsum*, quia per crucem peperit nobis salutem, per crucem reconciliavit nos Deo Ephes. 2. v. 16. crux ipsius umbraculum nobis praebet contra ira divina astum. Hac de causa ita distinxit Lactantius lib. 4. de vera sapientia cap. 26. *Dicat fortasse aliquis, cur, si Deus fuit, & mori voluit, non saltem honesto aliquo mortis genere affectus est? cur potissimum cruce? cur infami genere supplicii, quod etiam homine liberg, quamvis nocente, videatur indignum?* Primum quod is qui humilis ad venerat, ut humiliis & infimis operi ferret & omnibus pessimis ostenderet, eo genere afficiendus fuit, quo humiles & infimi solent, ne quis esset omnino, qui eum non posse imitari. Denique ut integrum corpus ejus conservaretur, quem die tertio ab inferis resurgere oportebat &c. Illa quoque precipua causa fuit, cur Deus crucem maluerit, quod illa exaltari eum fuerit necesse & omnibus gentibus passione Dei innotescere. Nam quoniam is, qui patibulo suspenditur, & conspicuus est omnibus & ceteris altior, crux potius electa est, que significare illum tam conspicuum tam sublimem futurum, ut ad eum cognoscendum pariter ad colendum cuncte nationes ex omni orbe concurrent. Denique nullagens tam inhumana est, nulla regio tam remota, cui aut passio ejus, aut sublimitas majestatis sit ignota. Extendit ergo in passione manus suas orbemque dimensionis est, ut iam tunc ostenderet, ab oru Solis usq; ad occasum, magnum populum ex omnibus linguis & tribibus congregatum sub alias suas esse venturum, signumque illud maximum atq; sublimis frontibus suis suscepturnum. Cum hoc Lactantii dicto congruit quod Max. Taurinensis hom. 2. de cruce scribit, quatuor mundi partes ad Christum trahendas quatuor quasi crucis angulis contineri. 4. Christus in cruce inter cœlum ac terram pendet medius, quia est Mediator inter Deum & homines, unde Poeta Christianus de eo canit:

*Qui sese medium dedit inter nosque Patremq;  
ille inter fontes medius, sed liber ab omni  
Crimine, cælum inter medius termiq;, pependit.  
Orta inter Israelitas plagâ furore ira divinæ accensa Aaron Sacerdos stans inter mortuos ac viventes medius oblato sacrificio populum reconciliavit Deo Num. 16. v. 48. sic Christus unicus N. T. summus Sacerdos inter cœlum ac terram atque inter latrones medius pendens proprii corporis victimâ in sacrificium oblatâ genus humanum Deo reconciliavit atque ignem ire divinæ extinxit. 5. Christus in cruce suspensus in aere libero pendet, ut Satanam Principem aeris debellat atque aerem ipsum purificet. Augustin. serm. 130. de temp. Aer purgabatur cum in altitudine immolareetur ovis: terra etiam.*

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

purgabatur, quia stillabat sanguis Domini super eam. Athanas. in orat. de passione & cruce Christi. *Humi non est mortuus sed in aërem ascendiit per crucem, ibi quoque serpentem persequens, ut etiam inde Principem potestatis derubaret & spirituam nequitia destrueret.* Idem: *Quia Filius DEI venit, ut Satanam generis nostri hostem delapsum cœlitus & circa hunc inum aërem vagantem præcipitaret, aëremque purificaret, & morte hoc ipsum fieri oportebat, non alia illud fieri poterat, nisi ea, quia in aere tolleretur, crucis nimis, quare non sine ratione eam Dominus iustinuit, ita enim sublimatus aërem purgavit ab omni Diabolica potestate aliorumque Demonum infestatione dicens: Vidi Satanam instar fulgoris decadentem.* 6. Christus in cruce pendet totus corpore cruentatus, totus sanguinolentus, ex vulneribus capitum manuum ac pedum sanguine largiter dimanante, quia satisfacit pro peccatis nostris coccini instar rubentibus Esa. 1. v. 18. ob quæ meritissimè Deus de nobis conqueritur v. 5. *Totum caput languet & torum cor ægrorat, à planta pedis usq; ad verticem non est in eo integrum quiddam.* 7. Christus in cruce pendet instar bufonis ac venenati serpentis propter nos transfixus, factus scilicet vermis & non homo Psal. 22. v. 7. sicut alias venenatus bufo transfigi & in aere suspendi solet, ne quem veneno suo inficiat, sed potius ex aere venenum attrahat. 8. Crux Christi habet formam gladii, superior enim pars, cui epigraphæ inscripta manubri loco est, inferior vero acie, hume gladium Christus in terram veluti immittit, ut caput infernalis serpentis eo conterat & transfodiatur, inde Ambrosius in rat. de obit. Theod. tom. 3. crucem comparat gladio, quo David Goliathum vicit. 9. Christus è terra exaltatus in sublimi pendet, ut ostendat sibi negotium esse cum Patre coelesti, quem corporis sui victimâ placare velit ac pacificare per sanguinem crucis ea que in terris & que in cœlis sunt Coloss. 1. v. 20. sicut V. T. sacrificia coram Domino levabantur. 10. Caput inclinat in cruce ad osculandum, ut ostendat ex inumenso erga nos amore sese mori. Spinea corona capiti imposita ostendit, quod cruce ac morte sua aeternum sibi paret regnum, nosque coram Patre suo Reges efficiat Apocal. 1. v. 6. 11. Manus extendit ad nos amplexandos. Extendit sua brachia, ut elargiatur nobis mortis sua beneficia. Potest etiam illa extensio manuum conferri cum extensione manuum ad fructus arboris vetitæ à primis parentibus facta. Iren. lib. 5. cap. 14. p. 337. Christus dissolvens eam que ab initio in ligno facta fuerit, hominis inobedientiam, obediens factus est usq; ad mortem, mortem autem crucis, eam que in ligno fuerat inobedientiam sanans cap. 15. p. 339. Quemadmodum dixit quidam de senioribus per extensionem manuum duos populos ad unum Deum congregans. Due quidem manus, quia & duo populi dispersi in universos fines terre, unum autem medium caput, quia & unus Deus super omnes & in omnibus nobis. Sic igitur extensio primæ manus ad lignum ab Adamo facta mortem apprehendit, extensio secundæ manus in ligno crucis à Christo facta vitam, quæ perierat, invenit Christus in ligno extendit manus propter pomum vetitum ex ligno decerpsum, ac vicit hostem invisibilem in ligno, qui primos parentes in ligno olim vicerat. Nazianz. orat. 1. Apolog. lignum adversus lignum &

manus aduersus manum ; ille inquam fortier exten-  
se aduersus incontinenter extensam , ille clavis con-  
fixe atque confixae aduersus remissam & solutam , il-  
le orbis fines conjugentes aduersus eam , quæ Ada-  
mum ex Paradiso exturbavit . P. Galatinus lib. 6. de  
arc. Cathol. vertit. cap. 17. allegat concessionem S.  
Andreae Apostoli de cruce Christi . Primus homo  
per lignum prevaricationis mortem induxit & neces-  
sarium hoc erat generi humano , ut per lignum pas-  
sionis mors , que ingressa fuerat , pelleretur . Et quo-  
niam de immaculata terra factus fuerat homo pri-  
mus , qui per lignum prevaricationis mundo mortem  
intulerat , necessario de immaculata virgine natus est ,  
perfectus homo , in quo Dei Filius , qui primum fecer-  
at hominem , vitam eternam , quam perdidérant  
per Adam homines , repararet ac per lignum crucis  
lignum concupiscentie excluderet , expanderet in cru-  
ce immaculatas manus pro manibus incontinenter ex-  
tensis , pro suavi cibo arboris veitate escam fellis acci-  
peret & in se suscipiens mortalitatem nostram suam  
nobis immortalitatem offerret . Eadem brachiorum  
extensio indicat , quod omnia voluntarie & ex sum-  
ma caritate propter nos sustineat , paratus plura-  
fuscipere , si salutis nostra necessitas exigat . Ostendit  
etiam Christus erga nos summam diffusionem  
largitatis ex intima caritate procedentis , quod scilicet  
tantum nos dilexit , quantum diligere potuit ,  
totum se exponens amori nostro , exhibendo nobis  
quicquid erat , quicquid poterat & quod verbi ex-  
primere non poterat , quia caritas ejus est ineffabili-  
lis , ideo signo corporis sui eam expressit . 12. Ma-  
nus , quæ coelum in sapientia fundaverunt , quæ  
compeditos solvere , depresso erigere , suoque at  
tactu universos solebant sanare , in crucis patibulo  
distenduntur ac perforantur , ut fluente miseri-  
cordiae ex illis ad nos promanent : *Afflunt manus*  
*Domini misericordie visceribus , nec desunt foramina , per*  
*que effluant . Zach. 13. v. 6. Et dicit ei . Quid sunt*  
*plaga & ipsa in medio manuum tuarum ? & dicit , biplagatus*  
*sunt in domo eorum , qui a diligebant me , quem*  
*locum pii veteres ad vulnera in Christi manibus re-*  
*ferunt . 13. Latus Christi lancea apertum fuit , ut*  
*per aperturam vulneris intropicere possimus se-  
cretum cordis , sicut de hac lateri vulneratione*  
*inferius pluribus dicetur . 14. Christi in cruce pen-  
dentes quinque vulnera conferri possunt*  
*cum quinque siccibus illis , quibus ex torrente accep-  
tis David Goliathum prostravit . 1. Sam. 17. v. 40*  
*Christus torrente passio in via bibens Psal. 110. v. ult.*  
*quinque vulneribus in duello contra Satanam ac-  
cepit eundem potentissime vicit . Posunt etiam*  
*quinq; majora Christi vulnera conferri cum quin-  
que siccis , qui in V. T. dabantur pro redēctione pri-  
mogenitorum Num. 3. v. 47. quia Christus sanguinem*  
*ex quinque vulneribus corporis effusum dedit*  
*in redēctionem pro nobis . 15. Extant quadam*  
*veterum picturæ , in quibus unum clavum divina*  
*justitia , alterum divina misericordia , & tertium*  
*pax divina impingit , quibus picturis docere volue-  
runt , nec divina justitia satisfieri potuisse , nec locum*  
*paci & misericordiae divinae super nos suisse*  
*relietum , nisi Christus propter nos illa vulnera ac-  
cepisset . Psal. 85. v. 11. Misericordia & veritas ob-  
viaverunt sibi , justitia & pax se osculante sunt . v. 12. Ve-  
ritas detrahit est orta & justitia de calo profexit . 16.*  
Clavos , quibus Christus in cruce confixus , eo

modo nos intueri docet Apostolus Coloff. 2. v. 14.  
quod iisdem confixum sit chirographum nobis contrari-  
um . Quemadmodum chirographum debitorum  
discindi ac configi solet , quando solutio est pra-  
stata , sic clavis crucis Dominicæ confixum est pec-  
catorum , spiritualium illorum debitorum nostro-  
rum , chirographum propter plenariam satisfactionem  
in cruce a Christo pro nobis prestitam , ut non  
possit ulterius nos coram Dei judicio peccatorum  
nostrorum convincere . 17. Pedes quibus se mare  
calcabile præbuit , quorum scabellum adorandum  
erat , qui non steterunt in via peccatorum , clavorum  
acumine perfodiuntur , ut ostendatur , Christum non cestaturum nec a cruce descenduntur , antequam plenè fuerit satisfactionem atque opus redē-  
ctionis perfectissimè persolutum . Primi parentes dis-  
ruerant ligaturas mandatorum divinorum . Christus ergo fortissimis vinculis , ferreis clavis scilicet &  
fortioribus adhuc caritatis vinculis in cruce lege ligari & constringi patitur , quia perfectam obedi-  
tiā divinæ legi prestare voluit . 18. Quia pertulam  
cruci impositionem , in qua causa mortis descrip-  
ta fuit , crux accepit figuram numeri denarii , ideo  
Cyrillus dicit , hac figura denotari , quod Christus  
satisficerit pro peccatis totius mundi contra decem  
præcepta commissis . Eadem crucis figura designan-  
dae universali ejusdem efficacia est conveniens .  
Transversali enim latitudine significatum est mor-  
tis Christi efficaciam latissimè le extendere , per to-  
tum terrarum orbem . Ipsa vero in altum porrecta  
longitudine terram contingente ac celos respi-  
ciente significatum est efficaciam ejus non solum  
terram contingere , sed etiam in celos expongi ,  
quia per Christum instaurata & sub unum caput redu-  
cta sunt omnia que in celis sunt & que in terra  
Ephes. 1. v. 10. Coloss. 1. v. 20. 19. De vulneribus  
in capite , latere , manibus ac pedibus Christi vere-  
res pias habent meditationes . Vulnerari voluisti o  
bone Jesu , inquit Anshelmus , in capite , ut sanares  
omnes nostras obliquas intentiones ; in manibus , ut sanare  
omnes nostras remissas operationes ; in pedibus , ut  
omnes nostras immundas & terrenas affectiones ; in  
corde , ut omnes nostras vanas & noxias cogitationes ;  
ac tandem flagellari & vulnerari in toto corpore , ut  
totam nostram sanare vitam & conversionem . Pri-  
mæ manus extensiōne mortem ex ligno apprehen-  
dit . Manu secundâ vitam nobis donavit , & super  
hac donatione privilegium copiosum in membra  
na ejusdem manus sanguine suo roso nobis scri-  
psit , quod etiam sacri vulneris confosione veluti  
ligilli impressione ad perpetuam rei memoriam  
lignavit . Omnia mala nobis adversaria , scilicet  
tribulationes , tentationes , infirmitates , culpas &  
poenas quaslibet in dulcissimo isto vulnera primæ  
manus , quæ Christus mortem apprehendit , repone-  
nere debemus . Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio ,  
inquit Augustin. de contempl. Christi , recurso  
ad vulnera Christi & sanabor : cum me premat caro , re-  
cordatione vulnerum Domini mei resurgo : cum Diabolus  
mihi parat insidias , fugio ad vulnera Dei mei & recu-  
dit a me . Si ardor libidinis moveat membrorum mea , re-  
cordatione Filii Dei Domini mei exinguatur ; ita ut in  
omnibus adversitatibus meis non inveniam tam efficax re-  
medium , quam vulnera Christi , in his dormio securus  
& requiesco intrepidus . Omnia bona opera ,  
qua Deus operatur in nobis , in vulnere secundâ  
manus

manus reponere debemus, ea omnia non nobis, sed divino muneri attribuendo, orantes ut omnia neglecta & imperfecta opera nostra ex hoc dulcissimo vulnere restaurentur, perficiantur & suppleantur. *Quicquid mihi deest, inquit Augustinus, usurpo mihi ex vulneribus Domini mei Iesu, quoniam inde misericordia affluit, nec desunt foramina, per que fluant. Vulnera Christi plena sunt misericordia, plena pietate, plena dulcedine & caritate.* Per has rimas licet mihi gustare, quam suavis sit Dominus. Per vulnus primi pedis sanavit Christus cogitationes & affectiones nostras pravas, ergo quotiescumque malis cogitationibus vel pravis desideriis vel affectionibus impugnamur, mox ad vulnus illius pedis confugiamus, exinde tanquam ex fonte limpidissimo profluit lavacrum, quo ablauuntur & purificantur fôrdes cogitationum & affectiones malorum. Per vulnus secundi pedis bona nostra desideria, quae ex se omnino sunt invalida, roboran- tur & perficiuntur, ergo omnia bona desideria, voluntates & cogitationes nostras refundere debemus cum gratiarum actione in fructiferum vulnus istius pedis. 20. Denique quia Christus pro nobis passus, & peccata nostra in corpore suo super lignum portans dicitur nobis *reliquisse exemplum, ut sequamur vestigia ipsius*. Pet. 2. v. 21. ideo considerandum etiam exemplum illarum virtutum, quae in cruce Christi ad imitandum nobis propositae sunt. Bernhard. serm. 1. in die Pasch. col. 128. *Quatuor virtutum gemmis cornua crucis ornantur, supereminens est caritas, à dexteris obdientia, patientia à sinistris, radix virtutum humilitas in profundo. His datur trophæum crucis consummatio Dominicæ passionis, cum ad Iudeorum blasphemias humiliat, ad vulnera patiens, intus linguis, clavis exterius pungeretur.* August. lib. 83. quæstionum q. 25. *Si Christus levius mortis genus subiisset, existimatum à quibusdam fuisset, mortem quidem pro justitia opprendam, sed non quodvis mortis genus.* Multi enim eti si mortem ipsam non timeant, genus tamen aliquod ipsius mortis borrescunt, ut ergo re ipsâ doceret, sicut mortem metuendam non esse, ita nec ullum mortis genus, crux suscepit, quo inter omnia mortis genera nullum est excrabilis & formidolosus. Idem in libro de grat. V. & N. T. per lignum transversum sive crucis latitudinem intelligenda esse dicit bona opera, in quibus manus extenduntur: per longitudinem verò longanimitatem, quia ibi quodammodo statut, hoc est, persistitur & perseveratur: per altitudinem, quia sursum versus super lignum transversum eminet, bene sperantium supernam expectationem: per profunditatem in terra, occultatam dicit significari profunditatem divina gratia, è qua omnia exurgunt. Sed hæc videntur nimis longè petita. D. Apostolus sapius meminit spiritualis nostræ cum Christo crucifixionis, Roman. 6. vers. 6. *verus noster homo crucifixus simus crucifixus est, ut defractur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato.* Galat. 2. vers. 20. *Zeus τὸν συνεσταύωμεν, cum Christo sum crucifixus.* cap. 5. vers. 24. *Qui Christi sunt, carnem crucifixi cum virtutis concupiscentiis, cap. 6. vers. 14. Mibi abistit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mibi mundus crucifixus est & ego mundo.* Quemadmodum Christus in cruce pendet nudus, sublimis, clavis affixus &c. sic debemus exuere veterem hominem, affectio-

nes nostras è terra elevare, clavis divini timoris carnem nostram configere & spretis terrenis omnibus cœlestia desiderare. Sic ergo omnes credentes tanquam membra unius corporis mystici cum Christo spiritualiter crucifiguntur, quando agnoscunt, quod peccatis suis Christum crucifixerint, ac credunt Christum suscepisse hanc crucis malæctionem propter nostra peccata, denique cum patienter tolerant adversa omnia & carnem suam cum pravis concupiscentiis & affectibus crucifigunt. 2. *Socii supplicii:* Et tunc crucifigunt *cavco duos latrones, unum à dextris, alterum à sinistris.* Lucas in genere eos vocat *καυδηγορες*, sed Matthæus & Marcus in specie appellant *ληστας*, qui oblessis viis publicis viatores non solùm spoliabant, sed etiam jugularant. Hic iam antè erucis supplicio adjudicati erant propter latrocinia, oblatâ igitur hac opportunitate Christo scilicet ad crucem damnato simul abripiuntur & eodem tempore crucifiguntur, ita ut Christi crucifixi latus utrinque clauderent. Johannes disertè addit, Christum fuisse medium inter utrumque latronem, ex quo intelligitur, quod proximè ipsum attigerint, unde etiam in vicem colloquuntur. Fecerunt id Judæi hoc consilio, ut latronum societas in extremitum apud omnes contemtum Christus adduceretur, ac judicaretur commune cum illis habere crimen, cum quibus commune ipsi erat supplicium. Quin etiam crucifixi Christum inter hos duos latrones medium, ut non pro vulgari latrone, sed pro insigni malefactore, adeoque principe & antesignano latronum ab omnibus haberetur. Præsentes aderant Pontifices & Seniores, illi persuaserunt militibus, Christum magis quam latrones crucem esse promeritum, in medio igitur latronum ipsum crucifigendum, qui non Judæorum, sed latronum & omnium maleficorum quidam Rex sit, quo consilio etiam coronam spineam capitii impositam relinquunt. Râcil autem intelligi potest, quantum dolorem hæc latronum societas Christo attulerit. Gravissimus dolor est homini innocentis in scelerorum catalogo præcipuum reputari, unde etiam de hac passio- nis parte peculiare extat vaticinium Esa. 53. v. 12. ad quod Marcus nos revocat subiungens, *& implata est Scriptura, que dicit, Et cum iniquis reputatus est.* Christus ipse Luc. 22. 37. hoc vaticinium de se interpretatur: *Dico vobis, quoniam adhuc quod scriptum est, oportet impliri in me.* Et cum iniquis reputatus est. Retinuit autem Evangelista conjunctionem copulativam *vñ*, ut ostenderet, etiam præcedentia illius Prophétia membra de Christo intelligenda esse. Hebræum 12. verterunt LXX. Interpretes per λογισθαι reputari, sed commodè etiam verti potest computari, numerari. Christus enim non solùm reputatus est pro latrone, sed etiam numeratus inter eos, quando scilicet in medio eorum crucifixus est. Potest autem verbum λογισθαι, quo utuntur LXX. & Marcus pulcherrimè accommodari ad imputationem justitiae, quam Christus in cruce nobis credentibus promeruit. Quia enim ipse reputatus est cum iniquis, ideo nos propter ipsum reputamur pro iustis, quam reputationem sive imputationem justitiae Christi non esse imaginari ac phantasticam, ut Jesuitæ calumniantur, docet imputatio peccatorum nostrorum facta Christo, propter quam inter latrones crucifixus supplicium no-

bis debitum in se recipit. Hanc ergo ignominiam & dolorem Christus sustinere voluit, ut declararet suam erga Patrem obedientiam, qui sic decreverat & per Esaiam sic eventurum praedixerat, atq; ut doceret, propter quos supplicium crucis sustineat. Hi enim duo latrones typum gerunt totius humani generis, primorum sc. parentum & omnium posterorum. Quamvis enim non omnes homines externis latrociniis contaminati sint, tamen coram Deo omnes sumus facinorosi & latrones, quia ex peccatoribus & latronibus nascimur. Primi parentes raperant ea quæ ad Deum pertinent ac sibi ipsi & omnibus posteris suis mortem intulerant, verè igitur coram Deo erant pestilentissimi latrones, ex illis propagamur, ab illis peccatum in nos propagatur, unde & nos rei sumus violatae legis divinae & peccatores miserrimi. Christus verò patitur inter facinorosos & latrones sese reputari, ut inter sanctos & Dei filios computari possumus. Congruè inter latrones crucifigitur, qui pro latronibus patitur. Congruè inter latrones pendet medius, qui est constitutus hominem coram Deo Mediator. Pendet iustitia in medio latronum, pendet vita in medio peccatorum, ut omnes extensis fidei brachiis eam amplectantur, sibique applicent, sed ut unus ex latronibus hoc loco ad Christum convertitur ac iustitiam & vitam ab ipso impetrat, alter verò in peccatis suis manet & Christum repudiat: sicutum genus humanum dividitur in duos cœtus, quorum unus Christum cum suo merito acceptat & vitæ aeternæ particeps redditur, alter verò Christum impoeni-

tentia & incredulitate repellit, sicut haec de re inseriū plura dicentur. Leo serm. 4. de Pass. Affixus est latronibus duobus, uno ad dextram, alterò ad sinistram similiter crucifixis, ut in ipsa patibili specie monstraretur causa, qua in iudicio ipsius omnium hominum facienda est discretio. Potest & hoc observari, quod cum quidam ex Apostolis postmodum crucifixi fuerint, Deus tamen noluerit illos unà cum Christo ad crucis supplicium abipi, ne scilicet viderentur ad meritum & satisfactionem à Christo pro nobis prestitam aliquid conferre, sed de latronibus ne minima quidem ex parte tale quid suspicari possimus. Bernh. serm. 3. de quinque dieb. coll. 19. Non decuit Christum simul & Petrum aut Jacobum vel Iohannem pro salute hominum pati, crucifixi tamen fuere cum eo aliis duo, sed duo negram, de quibus nulla prorsus suspicio posset haberi, ac si ex illis minus efficax sacrificium suppleretur. Joh. Hussius Hist. passionis tom. 1. pag. 19. ad spiritualem crucifixionem hanc societatem latronum accommodat. Jesus (inquit) est Spiritus humanus, latrones caro & mundus. Crucifigatur cum Spiritu caro per convenientiam, mundus per paupertatem voluntariam. Sed hac allegoria videtur inconcinnia, neque enim Spiritus, sed caro cum vitiis & concupiscentiis crucifi jubetur Galat. 5. v. 24. ac corpus dicitur mortuum propter peccatum, Spiritus verò vita propter iustitiam Rom. 8. v. 10.

*Qui pro me clavis fixis crucis arbore pender,  
Te totum cordi fige, reconde, meo.*

## CAPUT CXCIX.

### CHRISTUS PRO CRUCIFIXORIBUS SUIS ORAT AC IN TITULO CRUCIS REX JUDÆORUM PROCLAMATUR.

MATTH. 27. v. 37. MARC. 15. v. 26. LUC. 23. v. 34.  
JOHANN. 19. v. 19.

#### RATIO ORDINIS.

**N**ariant Evangelistæ in ordine eorum, quæ circa crucifixionem Christi con-tigerunt. Matthæus & Marcus post crucifixum Christum vestimentorum divisionem commemorant, subjun-gunt deinde tituli inscriptionem ac tandem addunt duorum latronum crucifixionem. Lucas verò primùm latrones crucifixos, deinde vestimenta divisa, ac tertio demum loco titulum super-scriptum enarrat. Johannes primo loco latronum crucifixionem, secundo tituli inscriptionem, ac postremo vestimentorum divisionem collocat. Quamvis verò exactè scriri non possit, quo ordine hæc omnia fuerint gesta, quin imò probabile sit, quædam simul contigisse, ut in tumultuaria actionibus fieri consuevit: tamen ordo, quem Johannes observat, in Harmonia videtur obser-vandus. Primò enim notum est ex Euseb. lib. 3. Histor. Eccles. cap. 21. quod Johannes ultimo inter Evangelistas loco scriperit ac reliquorum scripta probaverit, verisimile igitur est, quod ex-

actius observaverit ordinem, quam Evangelista reliqui præsertim in illis, quæ jam ante, diversa ta-men ordine ab illis fuerunt annotata. 2. Adde quod Johannes sub cruce steterit & coram viderit atque audierit, quæ circa crucifixionem gesta sunt, procul dubio igitur exactiori ordine singula describere voluit, quam à reliquis erat factum. 3. Denique ordo ab ipso servatus videtur maximè conveniens. Cum enim milites Christum crucifigerent, crucifixi sunt simul duo latrones ab aliis scilicet militibus sive lictoribus, siquidem propter felti vicinitatem omnia festinanter age-bantur, deinde additus fuit titulus, antequam crux erigeretur, tandem CHRISTO in cruce jam pendente & absoluto crucifixionis opere milites animi gratiâ vestes Christi divisérunt & tunica sunt invicem sortiti. Sequemur igitur in Harmonia ordinem Johannis, sed preces CHRISTI à Luca commemoratas titulo crucis & divisioni vestimentorum præponemus. Hunc enim ordinem particula adverbiativa à Lucas innue-